



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1861

L. Der Pfarrer Vromold gestattet Bürgern, von Bißmark und von Braunschweig genannt, in der Jacobi-Kirche zu Prenzlau einen Altar zu errichten, im Jahre 1321.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55721](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55721)

fideliter commendari. Quo circa scire volumus tam posteros quam presentes, Quod cum literas parentum et predecessorum nostrorum, coram nobis legi et examinari faceremus, sagaciter inuenimus in eisdem ecclesiam in antiqua ciuitate primzlaw cum suis attinencijs et iuribus abbatisse totique conuentui Sanctimonialium in noua primzlaw pure propter deum collatam, eandem eciam collacionem Sanctissimi patris alexandri pape felicitis recordacionis confirmacione roboratam. Sane igitur decernentes indignum esse predecessorum nostrorum piam collacionem et domini pape supradicti confirmacionem canonicam irritare, infringere, molestare aut aliquid impedire, Supradictam ecclesiam cum suis iuribus et attinencijs omnibus . . abbatisse et conuentui Supradictis pure propter Deum contulimus et conferimus in hijs scriptis, Parentum et predecessorum nostrorum collacionem et domini pape prefati confirmacionem per ratiuacionem quantum in nobis est feliciter confirman-tes. In cuius euidentiam et testimonium nostra sigilla apponi iussimus huic scripto. Testes huius sunt venerabilis pater ac dominus, dominus conradus episcopus caminensis, borchardus abbas colbacensis, Wedego de Wedele, Oldacus de Zwerin, nicolaus lusco, paridam de Wacholt, nicolaus de heyden, milites, et plures fide digni. Actum et Datum primzlaw, Anno domini M^o CCC^o. XXI^o. in die Mychaelis archangeli, per manus nostrorum notario- rum magistri conradi, Johannis lentyn.

Aus Beckmann's Abschrift des Originals.

L. Der Pfarrer Vromold gestattet Bürgern, von Bismark und von Braunschweig genannt, in der Jacobi-Kirche zu Prenzlau einen Altar zu errichten, im Jahre 1321.

In nomine domini amen. Dominus Vromoldus, plebanus in printzlaw, recognosco per presentes et vniuersis Christi fidelibus, ad quos presens scriptum peruenerit, oraciones in Christo sempiternas, Iustis postulacionibus grato concurrentes assensu. Hinc est, quod conradus, henningus, Nycolaus et Gherardus, fratres, dicti de bysmarek nec non hynricus et Johannes, filij Eykonis de brunfwic, ciues ac burgenfes ciuitatis prinzwlaw, pia moti deuocione ad cultum diuinum augmentandum supplicauerunt pro commodo et vtilitate suorum predecessorum et in remissionem suorum peccaminum. Quorum preces exaudiui et meam voluntatem adhibui cum consensu, predictis ciuibus ac burgenfibus prinzwlaw licencians erigere, construere et fundare altare in ecclesia sancti Jacobi prinzlaue ciuitatis de certis redditibus perpetuis temporibus duraturum ad vnam missam, que debet legi infra summam missam eiusdem ecclesie scilicet sancti Jacobi, In qua cottidiana fuerint obsequia dei. Istitis peractis interfuerunt Consules ciuitatis prinzwlaw. Ne alicui dubium inde oriatur seu in euidentiam omnium premissorum presentem paginam exinde confectam dedi et munimine mei sigilli feci communiri. Data sunt hec sub annis domini Millefimo CCC^o. XXI^o.

Nach Beckmann's Abschrift des Originals.